

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0112

**LOG Titel:** Quaedam de eisdem in genere dicta. Cap. I.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact


Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

VLYSSIS ALDROVANDI  
PHILOSOPHI ET MEDICI  
BONONIENSIS  
ORNITHOLOGIAE

Liber Octauus.

Qui est

DE AVIBVS RAPACIBVS NOCTVRNIS.



Quædam de eisdem in genere dicta. Cap. I.

Ordinis  
ratio.

Quæ Aves  
nocturnæ.

Глаукό-  
πτες Quæ  
Nocturna-  
rum Aviū

spes, ve-  
res Batue-  
rint.



Bsolute tractatu de Rapacibus diurnis . ordinis ratio expostulat , vt deinceps de nocturnis agamus, quæ tanto illis cedunt merito, quanto lux est tenebris nobilior Nocturnarū verò nomine eas omnes intelligimus, quas Græci generali nomine Γλαυκάτας indigitant , ob cælos oculos . Adeò verò varia, & particularibus nominibus confusa est istæ nocturnarū avium historia, vt certè arduum sit, & operosum, proprio singulas, à veteribus atributione nomine distinctè cognoscere. Ita ut necessarium omnino esse pitem, diversa sæpenumerò nomina ad eandem rem, aut saltem ad genus unicum redigere. Alioquin veteres sibi ipsis pugnare sæpè necesse est, quicùm decem tantum plerique harum avium species statuant, nomina tamen multò plura recensent. Sint igitur, exempli gratia, si non idem, saltem sub eodem genere, Chalcis, Cymindis, Hybris, Plynx, Cicunia, Nycticorax, Otus, & præterea Vlula, Bubo, Aluco, & Scops . Harum avium tamen singulas, aut plurimas multi diversas esse voluerunt. Verum hac de re suo loco fusiūs .

S Y N O N I M A.

Aves no-  
turnæ à  
voce dictæ

Vl quibus

**Q**UOD ad avium harum nocturnarum appellationem attinet, videre licet pleraque per Onomatopæiam conficta esse, vti eriam aliarum nonnullarum, quales sunt, Cululus, Vpupa, Coruus; sed harum præcipue, idq; non in vnius gentis, sed quam plurimarum idiome. Gratia exempli; Hybris Græcis, & Byas; Bubo, & Vlula Latinis, Hibou Gallis, Germanis Eul, Vul, Hurvv, omnia a fono avis vocabula formata sunt. Belgæ vo- competat, cabulum VI, tanquam genericum omnibus propè nocturnis attribuunt.

G E N E R A D I F F E R E N T I A.

Quinq; ge-  
nera no-  
cturnarū

Hybris qd  
Capriceps

3. Hif.c.  
9. Hif.c.  
30.

**N**oxæ hodie sunt vulgò quinq; nocturnarū avium species, videlicet Bubo, Asio, Vlula, Noctua, & Aluco. Sed antiqui alias prætereat tradidere, quales sūt Accipiter nocturnus, quæ nos Hybride Aristotelis esse diximus, non autem Cymindim, vt vulgaris est opinio, Coruus nocturnus, quem Græci Νυχτικοράνα dicunt, sed hunc Otum esse quibusdam Aristoteles scribit. Αἰγαῖτλας, qui Latinis Caprimulgus est, & Capriceps, qui quorundam iudiciorum id est cum Caprimulgo, Scops item, & Strix. Ego apud Aristotelem quæ sequitur præcipua nocturnarum, qua aduncis vnguibus sunt, & ex venatu viuunt, de quibus hic nobis agemus, genera esse existimo, Νυχτικέραχα γλαύκη, Βύσα, Ελάσιο, άιγαῖτλοις σκάθαις. (nisi horum simul a codē capitem eminiunt) & αἰγαῖτλοις, cuius alio b loco. Primo loco Theodorus in terpres ita habet: Νυχτικέραχη εἴδη αινιητηνούτητε αινεῖται vnguibus, τις Cicunia, Noctua, Bubo, Hic.

50 Hic, pro eo, quod in contextu Graeco legitur, Nicticorax, traducit Cicunia, dictiōnem verò Gazeer.  
 Glaux, Noctuam tristitulit, & Byas, Bubonem. Eodē loco ita pergit Species: similis Noctuae Bubo ror.  
 et, sed magnitudine non minor, quād Aquila, Itē Aluco, Vlula, Asio, Hic pro dictione Graeca Eleos,  
 posuit Latinē Aluconē, pro Graeco Aegolios, Vlulā, pro Scops Asioem. Sed mea quidem sen-  
 tēta perperā. Nicticorax enim Aristoteli ipsi idem est cum Oto, siue Asione, ut postea suo lo-  
 co probabimus, & Scops Asioni quidem similis est, sed multò minor. Distinguunt quidam to-  
 51 est Otus si-  
 tum nocturnum genus, in maius & minus. Hoc contineri volunt, Noctua, Vlula; illo, cæte-  
 ras omnes magnas, & quæ magnitudinis merito cum Aquila certare possint. Recensentur, & Scops Asio  
 alia aues, quæ noctu vagantur apud Aristotelem, de quibus suo loco dicemus; hic de ijs tātū ne minor.  
 scripturi sumus, quibus vogues adunci sunt.

## FORMA.

**M**agnitudine igitur ut dictum est, inter se differunt. Pennatorum animalium a (Plinio Magnitu-  
 te) nocturna quedam tantum, penas velim aures gerunt, ut Oius, & Bubo, caseris ca-  
 do. uerna ad audiendum. Oculos omnes magnos, amplos, & casios habent, quem colorē Aures.  
 Graeci glaucon vocant, estq. is, quem nos vulgo dicimus, colore mischio fra' bianco, e verde. Color glass  
 Huiusmodi oculis fertur fuisse Pallas, ideo Glaucopis dicta, & Neptunus. Vnūcum etiam rostrū cusque.  
 more diurnarum rapacium obtinent, & vngues hamatos, ut Noctua, Bubo, Vlula. Plurimis pe-  
 tis, in Leporibus, & in omni serpentiū genere. Hec omnia animātia simulatq; solē occide-  
 ti, ac plumosi multis. Corporis color cinereus ferrugineo variè maculosus.

Nicticorax  
 est Otus si-  
 tum nocturnum  
 genus, in maius &  
 minus.

## VISVS ACTIONES.

Rostrum.  
 Vngues.  
 Digitū.  
 Tedes.  
 Color to-

**A**rduum est rationem reddere, cur natura aues nonnullas volare noctū, & quiescere in-  
 terdiū voluerit, nisi mutua inter se comparatione facta, idem dici possit de avibus, in-  
 quod de quadrupedibus. Videmus enim animantia quædam fera noctu pasci, & in-  
 terdiū certo quodā loco delitescere, cùm tamen interdiū clariū, quā noctu videat. Cuius rei  
 experimentū est videre in Muribus, cū maioribus, tū minoribus, in Ceruis, in Volpibus, in Lu-  
 pis, in Leporibus, & in omni serpentiū genere. Hec omnia animātia simulatq; solē occide-  
 re percipiūt, è latibulis, & cauernis ad pastum prouident. Dein cū ad horas aliquot queuerint  
 denuò sub auroram ad viētum indagandum redeunt. Idem contingit de avibus nocturnis  
 quibus vt ex manifestis signis licet conspicere, natura plus quam quadrupedibus consuluisse  
 videtur. Grandes enim largita illis est oculos, atque in fronte probē undequaq; adumbratos; beant ani-  
 necnon aliquid, quod supercilijs responderet, ita vt præterquam quod pupillæ oculorum eorum multa no-  
 visui sunt accommodatisissima, scitè etiam suis instructe sunt, & congruis coloribus. Habent, sibi videns  
 & supernè veluti parietes, ad quos spiritus reuerberet, & coercentur, ponē aures quas pro arbitria.  
 tri accollunt, & deprimit, quæ etiam ad clariorē visionem non parum conducent. Ad vi-  
 etum nō nisi vespertino prouident, & manū, ipso a Philosopho teste, ita dicēte, Noctua, Nicticoraces, a Li. 9. His.  
 & reliqua quæ interdiū nequeunt cernere, noctu venando sibi cibum acquirunt; verū non tota nocte id  
 faciunt, sed vespertino, & matutino. Qu' accuratius ipsorum visionē obseruabit, animaduertet eam aues noctū  
 non usque adeò insignem esse, atque vulgo existimat. Si enim quispiam de nocte sese inclinat non exaltat  
 serit, vel cum ea, quæ nocturnarum omnium clarissimè cernat, loco quopiam angusto, & ob-  
 scurissimo, atque si tum versus aem pro grediat, vel ei minetur, ut nec alias, ita neque hanc  
 auem vel tantillum cernere compieret. Qiamvis itaque hebetant harum omnium, vt inquit Aer ad vi-  
 50 Plinius, interdiū oculi, non tamen ideò denoste clarè vident. Ad visionē enim secundū Aristote-  
 leum requiritur mediū illuminatum, quod aer est. Quod autem interdiū aut nihil, aut ægrè vi-  
 deant, ita accidit, quod vt excessens sensibile iuxtra Aristotelem *sensum*, etiam perfectū, & Cur inter-  
 fauum, ita etiam sensibile moderatum imbecillū, & ægrum sensum offendit. Contingit q; oculi negrē cer-  
 los Noctuarū infirmos, & debiles lumine solari seu diurno veluti perstringi ac verberari. Ceterant.  
 dent itaque optimè, cùm neque lucen est magnum, neq; etiam omnino nullum, sed medio. Quando  
 cre, quale sub utrumq; crepusculum videtur. Vnde tum potissimum ad pastum euolare solent,  
 alioquin de die etiam eas melius videre, quam cùm in metis sunt tenebris verisimile est.

sum requi-  
 ritur.  
 nant.  
 optimè cer-  
 nant, & ad  
 pastū eant.

## LOCVS.

**N**OCTURNÆ AUES NON SOLÙM IN TENEBRICOSIS MONTIUM, & RUPIUM CAUERNIS, LATENT, SED IN CA  
UIS ETIAM ARBORIBUS, IN EDIFICIJS DESERTIS, SUB TECTIS DOMOTORUM MAGNIFICARUM, TEMPO-  
RUM, TURRIUM, AD QUÆ RARO HOMINES ACCEDUNT. RUPES PROFECTO NOTUEGIAE, AC SEPTEN-  
TRIONALIŪ REGIONIŪ, & HARUM AVIUM, & ACCIPITRINI GENERIS, VT MAXIMAM, ITA PRÆSTANTISSIMAM PAR-  
TEM HABENT.

## VICTVS. RAPINA.

**P**LEREQUÆ AUES NOCTURNÆ PERSEQUUNTUR IACERTAS, VERICILLOS, TESTE ARISTOTELE, & MURES, HY-  
PUNDINES QUOQUE ALIASQUE AVICULAS, ITEM INFECTA, SCARABEOS, APES VESPAS, CRABRONES. MAIO,  
TAMEN, VT BUBO, ETIAM LEPUSCULOS, & CUNICULOS ALIQUANDO RAPIUNT.

DE BVBO N. Cap. II.  
DIGNITAS.

*Cur à Bu-  
bone inctio-  
pendia.  
Iupp ter in  
Aquilam.  
Juno in Bu-  
bonem.*



VB O non tam proprio merito, quam Poetarum scriptis infamis, aviumque omnium nocturnarum rapacium longè maximus, non temerè cæteris omnibus priorem historicæ locum sibi vendicat. Quemadmodum enim Aquila inter aues diurnas, quæ ex præda vivunt, omnium consensu principiarum obtinet; ita etiam Bubo inter nocturnas. Vnde quemadmodum Iouem D orum summum in Aquilam tanquam se dignam auem mutarum legimus, ita, & lu-  
nonem illius coniugem, & sororem Deorum. Reginam Bubonis formam induisse poetarum fabulæ tradunt. Non enim decorum Iunoni erat, vt in exiguum aliquam aut vilem auem sele-  
miseret, sed in eam portius, quæ nocturno tempore omnium esset R e g i n a , quæque haud secus noctu, atque Aquila loris interdiu imperaret. Immò verò Bubo neq; corporis magnitudine, neque robore Aquila inferior est. Nam eò audacia s p è deuenit, vt non solùm Aquila resi-  
stere non abnuat, sed accipitietiam Marte secum decertet. Præterea non aliter ac Aquila in-  
terdiu lepores rapit, ita, & Bubo nocturno tempore. Venatur autem tam dexter, tamq; audie, ut avium, minorumq; quadrupedū magnam vna nocte lèpè prædam congerat. Quapropter eum, & solertiissimum esse manifestò constat, tom vel ex hoc etiā id ipsum prodit, quod cum ab Aquila aut Accipitre interdiu impeditur, ita arte, rostro, & vnguisbus vndique obiectis 40  
sele muniat, vt omnium eorum impetu adiuvm præcludat, illæsulq; semper euadat. Denique tantum corporis robore valet, vt si cominus pugnandum sit, præter Aquilam aut Accipitrem, nullam aliam pertinet scat. Animal est adeo vigilans, vt cæteris dormientibus venatum exec-  
eat, hic ipso Gallo Gallinaceo præferendum, qui horarum quidem noctu momenta norat: sed nihil tunc, vel sibi querit, vel hostibus eripit. Ne verò feceris suos iniurias humanis expo-  
nat Bubo, & ipse tutò prædatum exire possit, ideo altissimas quaque ac inuias rupes pro nido deligit. Quæ est igitur vel ats militaris, quæ fortitudo, quæ solertia, vel in vigilijs, vel in pugna-  
do, vel in locis opportunitis, & temporibus ad securitatem consistendo, quæ non sit in hubone excellentissima? Id verò, quod infamem adeo omnibusq; inuisum reddit, nempe quod dirum semper mortalibus omen a Poetis, & supersticiois auguribus adferre scribitur, præterquam quod naturali Philosopho pro commento vano haberi debet, ipsiis etiam Bubonis aduersariis 50  
& vituperatoribus minime semper verum compertum fuit. Immò pro auspiciatissima alite eū habent Tartari, qui non alteri, quam Buboni Imperatoris sui Changij salutem acceptam re-  
ferunt, evumque hac de causa in maxima veneratione habent. N° calterius avis, et si pulchrioris plumis, quam huius, pileo affixis caput ornare gestiunt, quod his aduersam fortunam omnem fate amoliri existimant. Huius aspectus Agrippæ captivo Iudeorum regnum portendisse tra-  
ditur à minime obscure authore Flauio Iosepho; atque tandem obitum.

